

1322.

1300 d. 1 Aug.

Linköping.

Borgerskapets i Linköping Intyg om Kyrkoherden Finvids gåfva och slutliga upplåtande af dess andel i Hildehult till Linköpings Biskopsstol.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis VNIERSITAS CIUIUM lincopensium. salutem in domino. Constare volumus euidenter quod dominus finuidus rector ecclesie de hæsleby. in nostra presencia constitutus. Recognouit et confessus est quod tempore venerabilis patris Episcopi henrici felicis recordacionis. quicquid iuris habuit in hyldehult cum omnibus bonis mobilibus et immobilibus ad eandem curiam pertinentibus ob anime sue remedium, contulit liberaliter et mere sedi lincopensis ecclesie. ab eo qui eidem Sedi pre fuerit perpetuo possidendum. Cum autem idem dominus .ff. dictam curiam usque ad hec tempora pro usibus suis retinuerit eandem exnunc cum omnibus bonis ut superius est expressum. fructibus duntaxat anni instantis exceptis. libere . . . nat in manus domini Episcopi lincopensis, ad horum igitur euidentiam plenior sepe dictus dominus .ff. presentes litteras Sigillo ciuitatis . . . e petiit communiri. Datum et actum lincopie anno domini. Millesimo. CCC°. in aduincula Sancti petri.

Sigillet, hängande vid en ur brefvet klippt remsa, skadadt.

1323.

1300 d. 11 Aug.

ÖJAR NILSSONS Bref, med tillkännagifvande, att han gifvit sina i Wreta kloster ingående döttrar en fastighet, nemligen halfva Clypsna, samt att hans syster, till ersättning för denna hennes fädernejord, erhåller i stället fullgod andel i Yxissöhult.

D. 8: 1563.

Uniuersis Christi fidelibus presentes litteras visuris vel audituris ØYARIUS NICLISSON . . . . . Salutis omnibus repromissam . . . . . illud quod cum ratione debita fiat . . . . . ceremoniis congruis . . . . . Ideo ego øyarus . . . . . intellexissem dilectas michi filias . . . . . spiritus sancti gracia ad religionis habitum suscipiendum inflammari . . . . . ex deliberacione et consensu cognatorum et amicorum meorum ipsas ad religionis cultum Wretis Christo deo meo . . . . . Sponso ipsarum presentari, cum proventu, sicut moris est et consuetudinis antiquæ, tali videlicet dimidia villa in Clypsnæ, h. e. una marcha terræ cum omnibus suis attinentiis, et quia ista proventa specialiter est assignata de matrimonio dilectæ filiæ meæ ca . . . . . rum hæredibus meis, ne in post mihi aliqua occasio querimonie et dissensionis pravæ oriatur, de patrimonio sororis meæ

sæpeditæ restituo æquipollens in Yxissiohult. Anno domini M.CCC. 3. Idus Augusti. cum testimoniis et sigillis nobilium et nominatarum personarum, domini Svantepulk, domine K. Abbatissæ, mei ipsius, nec non dominorum Canonicorum Lincopensium Kanuti et Olavi, scilicet et Gardiani Lincopensis.

*Brefvet är afskrifvet med Örnhjelm's hand och vidfogad anmärkning: "Coll. med Orig. permebr. Var på många ställen oläsligt af væto."*

Fem sigill hafva funnits.

1324.

1300. d. 11 Sept.

MARGARETAS af Selnum testamente af penningar till åtskilliga kloster och kyrkor, för hvilka summor en gård sättes i pant, samt diverse lösören till enskilda personer.

A. 3. c.

In nomine patris et filij et spiritus sancti Amen. Ego MARGARETA de Selnum. in Remissionem meorum peccatorum meum in hunc modum Condo et ordino Testamentum, Apud Religiosos viros fratres predicatores siktonie michi Eligo sepulturam, Quibus lego decem marchas denariorum Ecclesie vpsalensi vnam marcham den. Monasterio Sko duas marchas den. ffratribus minoribus stokholm vnam marcham den. Ecclesie Skanald vnam marcham den. et alteram eiusdem ecclesie sacerdoti, Ecclesie loghø vnam marcham den. Ecclesie valenda thunum vnam marcham den. Pro soluendis autem premissis legatis deputo quinque solidos terre de patrimonio meo in villa sorma. Margarete filie andree de loghø, confero Scrinium meum, vnum annulum aureum et vnam fibulam argenteam, Cecilie vnum mantellum brunaticum. et aliud Rubrum. Notifico eciam quod Ego tuli mecum de curia mea selnum ad curiam dilecti filij mei in loghø. vnam kaldariam magnam. duas ollas magnas. et vnam olam paruam. Tres cortinas, tres culcidras. vnam cistam magnam. vnum torale dictum akledhi. Exequutores autem testamenti mei presentis, constituo dominum thomam presbiterum et dilectum generum meum Olauum de norusum. Testes eciam huius mee ordinationis fuerunt. dominus thomas. Bero de valastum. Margareta de norusum, Ragnildis de lindasund. Ragnfridis. Johannes puki. Jarlerius. Martinus. asmundus, gilløgh, Thyrgillus. ketilgerus, Cristina. ketiluastus, Quia autem sigillum proprium non habeo, sigillum domini thome presbiteri presentibus apponi peto in euidentiam Rei geste. Actum anno domini Millesimo trecentesimo, dominica infra octauas natiuitatis virginis gloriose.

Sigillet bortfallet.